Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Si quis est ex gente vestro sit domi
nus ipsius cum eo et ascendat in irlm
quotquot ergo circa loca habitant ad
iuvent eum qui sunt in loco ipso in
auro et argento in dacionibus cum e
quis et iumentis cumque aliis que secundum
vota apponuntur in edem domini que
est in irlm. Et stantes principes tri
buum patrum iude ex tribu benia
min et sacerdotes et levite quos excita
vit dominus ascendere et edificare
domum domini que est in irlm et qui
erant in circuitu eorum adiuvarent
in omni argento et auro eius et iu
mentis et votis quam pluribus mul
ti quorum sensus excitatus est. Et
rex cyrus protulit vasa sacra domini
que transtulerat nabuchodonosor
rex ex irlm et consecraverat ea in tem
plo suo ydolo et proferens ea cyrus
rex persarum tradidit mitridato qui
erat super thesauros ipsius. Per hunc
autem tradita sunt salmanasaro
presidi iudee. Horum autem hic numerus
libatoria argentea duo milia qua
dringente. athise argentee .xxx. fia
le ~~argentee~~ auree. Item argentee .ii.
milia quadringente et alia vasa mil
le. Omnia autem vasa aurea et argen
tea quatuor milia .ccc. lxviii. et reno
vata sunt salmanasaro simul cum
hiis que ex captivitate babilonie
in ierosolima. VII
In artarxersis autem regis persarum
temporibus scripserunt ei de hiis
qui inhabitabant in iudea et irlm
balsamus et mitridatus et sabelli
et rathinus. balthemus. sabelli
scriba et reliqui inhabitantes in ~~iudea~~
in samariam et ceteris locis subiectam
epistolam regi artharxersis. Domine
pueri tui rathimus ab accidentibus
et sabellius scriba et reliqui curie tue
iudices in celesiriam syriam et phenicem.
Et nunc notum sit domino regi quo
niam iudei qui ascenderunt a vobis
ad nos venientes in irlm civitatem
refugam et pessimam edificant fur
nos eius et statuunt muros eius et
templum suscitant. quod si civitas
ista et muri consummati fuerint tributa
non sustinebunt. sed etiam regibus
resistent. et quia id circa templum geritur
hoc arbitrati sumus non despicere hoc
ipsum sed notum facere domino regi
ut si videbitur regi bonum queratur
in libris patrum suorum et invenies
in admonicionibus scripta de hiis et sciet
quoniam civitas ista fuit refuga et
reges et civitates concuciens et iude
refuge et prelia commitentes in ea
ab eterno. ob quam causam civitas de
serta est. Nunc ergo notum facimus
tibi domine rex quoniam si civitas
ista edificata fuerit et huius muri erecti
fuerint descensus tibi non erit in celes
yriam syriam et phenicem. VIII
Tunc scripsit rex rathimo
qui scribebat accidencia et
sabellio scribe et ceteris consti
tutis et inhabitantibus in syria et phenice
ea que subiecta sunt. legi epistolam quam
misisti michi. precepi ergo inquiri
et inventum est quoniam civitas
illa est ab evo regibus resistens et ho
mines refuge et prelia in ea efficien
tes et reges fortissimi erant in irlm
dominantes et tributa exigentes